

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Instructio practica ...**

Institutiones Qvintuplicis Theologiæ - Positivæ videlicet, Asceticæ,  
Polemicæ, Speculativæ, & Moralis complectens, Unà cum Appendice  
Methodum compendiariam reformationis Ecclesiasticæ à Concilio  
Tridentino factæ continente

**Lohner, Tobias**

**Dilingæ, 1679**

Principium 6. Paria delicta mutua Compensatione tolluntur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48233](#)

*Non est in mora, qui potest exceptione legitima se tueri.*

*Sensus.*

Hoc est, qui potest justam causam allegare, ob quam deinde pecculerit solutionem debiti sui, non est censendus culpabilis, moram admisisse, atque adeo nec ad damnum ex ea sustinendum obligatus.

*Authoritas.*

Desumptum est ex l. 6. decret. c. ult. reg. 60. illudque ferunt & approbant Dynus & Canif. in tr. de reg. Juris.

*Ratio.*

Quia cum lex solutionem aut restitutionem imperata firmativa sit, hoc ipso non obligabit, si justa causa editius causans à restitutione vel solutione, atque adeo nec culpe-  
rem moram admisisse dicendus est, qui ex tali causa solu-  
tione vel restitutionem aliquanto tempore differt.

*Praxis.*

Hinc deducitur 1. Eum, qui cum Creditore suo patre est, ne à se pecunia peteretur, non esse in mora, sed per exce-  
ptionem pacti defendi, uti ex §. Præterea Inst. de exceptio-  
nibus et ceteris.

Deducitur 2. Eum, qui sub pacto Legis Communi-  
tatem aliquam oppignoravit, & juravit non contravenire, pote-  
stea vero in justè impeditus infra diem statutum non re-  
posse eam redimere post eam diem, uti in cap. Significatio-  
ne pignoribus definitur.

Deducitur 3. Eum, qui aliquid metu coactus, aut delicto, aut lapi-  
ductus promisit, aut errore quoad substantiam lapsum, accep-  
tum censeri in culpabili mora esse, si non restitutus, quando in-  
pellatur à Creditore, uti in §. verbi gratiâ Inst. de con-  
victu et ceteris.

*PRINCIPIVM VI.*

*Partia delicta mutua compensatione tol-  
luntur.*

*Authoritas.*

Hoc est, quando aliquis per delictum aliquid alium offensio[n]e, & in simili genere vicissim ab eo est l[ea]sus, non potest ei satisfactionem petere, sed obligationem, quam alter curavit, per suam obligationem, quā ipsi ille obstrictus est, b[ea]tum quā deinde potest compensatam.

*Authoritas.*

Defumptum est ex cap. Intelleximus. 6. de Adulterio. I-  
merito: Viro. 39. ff. Soluto matrimonio, illudque expli-  
citum approbat Barbosa axiom. 174. cum multis aliis.

*Ratio.*

Juris Quia, eūm per delictum quilibet alteri sit debitōr factus  
ad officinam tollendam, merito perinde dicuntur  
aliqua per mutuam compensationem sublata, atque de-  
finita ad eum unius tollitur, si vicissim ipse Creditor simile debi-  
nec cultus contraxit.

*Praxis.*

Hinc deducitur 1. Conjugem non posse petere divortium  
ad adulterium, si & ipse in idem crimen inciderit, uti in cap.  
e suo postulat Fraternitas. 7. de adult. definitur.  
Deducitur 2. Eum, qui graviter alteri detrahit, liberari  
excepit, uti Tolet. Less. Silvest. Malderus Molin. Dian. a-  
ccordantibus, uti Busenbaum l. 3. tr. 6. c. 1. du. 3. docent.  
Deducitur 3. Si sponsa permittat se tangi impudicè ab  
ipsa oscula & amplexus, & ipse quoque Sponsus tam fre-  
quent et exercet similes tactus, ut merito timeri possit, ne fi-  
cificare possit, posse & Sponsam resilire à Sponsali-  
tate, uti Laym. Coninck. apud & cum eodem Busenbaum l. c.

**§. IV.**

*De Principiis ad Contractus pertinentibus.*

*PRINCIPIUM I.*

Contractus ex conventione Legem  
accipere dignoscuntur.

L 1 3

*Sensus*